



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 85. Hæretica pestis Lutetiæ Parisiorum plurimum invalescens.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

Sæc. XVI.  
A.C. 1553

alludebat ad morem inter Principes usū  
receptum, vi cuius, quos honorare vo-  
lunt, in sui Ordinis numerum cooptant,  
ac torque velut honoris, ac virtutis in-  
signi condecorant.

§. LXXXV.  
*Hæretica pestis Lutetiae Pariforum  
plurimum invaleſcens.*

*Thū. &  
Steid. l.c.*

**N**ihilominus hæresis longe, lateque  
sese Parisiis diffundebat, nec ejus  
progressus sistebat severitas, qua singu-  
lis ferme diebus non pauci ob hoc cri-  
men rogi suppicio afficiebantur, cuius  
rei invidia a non paucis in Cardinalem  
Turnoniu[m] rejiciebatur, qui quamvis  
regni tranquillitatis summe studiosus  
esset, nec citra turbas in cauſa Reli-  
gionis quidquam novari posse existima-  
ret, sectarios tamen omnes ut publicæ  
quietis perturbatores odio prosequeba-  
tur: Verum hanc culpam alii plures Pic-  
taviæ Valentinæ Duci imputabant, quæ,  
ut Aumalium, & Marcianum generos  
fuos, eosque captivos redimeret, bo-  
na eorum, qui ob hæresis crimen dam-  
nabantur, fisco adjudicata a benigno  
Principe, cuius ingenio abutebatur, ve-  
neſiciis suis impetraverat, & per viros  
a ſe constitutos, atque emissarios, ut que-  
ſtiones ea de re frequentes, ac non  
unquam iuſtæ haberentur, curabat.

§. LXXXVI.